

1530. 9. 21. Septembris.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ferdinando Regi Hungariae et Bo-
hemiae Archiduci Austriae

15

Serenissime Principis et Domine etc. Nuncia-
tur persequi ad nos quod non equa servetur
vicinitas ac subditis maiestatis vestrae
Serenissime in finibus qui Silesiam a
Regno nostro dirimunt, non solum enim
in illis locis que non sunt per Commissa-
rios maiestatis vestrae Serenissime et
nostros revisa & distincta queruntur
subditi nostri, se iniuriis officii, sed in his
etiam in quibus communes adversarij pro-
xime certos finimus, terminos declaraverunt
et positis signis confirmaverunt. Quae res est
nobis ac debet non mediocriter molesta
& gravis praesertim cum id praeter volun-
tatem maiestatis vestrae Serenissime
et sola Dominorum de Hohenberg auri-
tate & subordinatione audere perspiciamus
quare maiestatem vestram Sere-
nissimam plurimum rogamus, ut Illu-
stri Domino Carolo Duci Mistenburgensi
et Capitaneo Ducatus Glogoviae committere
dignetur

Dignetur, ne finium iura et constitutiones
proxime factas violare permittat sed ita
illas conservare et tueri nomine maiesta-
tis vestrae praecipiat, ut et honos utriusque
nostrum, et bonae vicinitatis leges pontulare
videntur. De his autem locis qui visione
adhuc indigent constituere, idem quod de
prioribus maiestas vestra dignabitur ne
diutius in ista inertitudine subditi utrius-
que nostrum habeant de se contumelias et
iniurias non necessariis laeant in quo ma-
iestas vestra non minus nobis rem gra-
tam quam illis confimbis locis et populis
necessariam et utilem faciet, quam nos vi-
cipini fraterno amore et amicus officio re-
ferre, semper maiestati vestrae curabimus
cuius nos benevolentissimo animo sicut so-
lemus diligentem commendamus et felicissi-
mam spe semper, atque die salvam et
incolumem spe optamus Craoviae die
vigesima prima Septembris anno Do-
mini MDCCLX^o Regni vero nostri anno